



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

Templo seu Sanctorum Domicilio a se constructo, novo more domicilium sepulchrum habuit, suo veluti in Mausoleo conditus anno salutis reparatæ DCCC. XXV. Ex Chron.

## XVI.

MAGNA VIRGO ALBERTVM, dum calidioribus votis opem eius solicitat, fecit magnum. natus hic Lavingæ Suevorum, Coloniæ denatus est, anno 1290. vivit tamen hodie etiam in libris suis, quibus Orbem & Ordinem suum mirè illustravit. *Coloniae Agrippinæ sepultus, ubi Clarior è tunulo Fama sepulta redit.* Ex vita.

## XVI.

IN Monasterio Susterensi Ducatus Iuliæ nobile Abbatissarum par BENEDICTA & CÆCILIA carnem, orcum, mundum vitâ innocentissimâ triumphans. Ex Gel. Fastis.

## XIX.

S. ELISABETHA ex familia B. RICHEZÆ, ANDREÆ Regis Hungariae & GERTRUDIS Andecensis Principis Filia, Ludovici Turingiae & Hassiae Landgravij Coniux, quam Virginum florem, coniugum & viduarum exemplar, egenorum matrem, gentis suæ cælique delicium rectè dixeris. Quæ

Bb 3                  à teneris

à teneris unguiculis ad ultimam usque ætatem, pietatis operibus intenta, & miraculis illustris migravit ad Dominum, in urbe arcéque sua Marburgana; & in Ædicula Xenodochij sc̄pulta, famâ suâ Orbem implet. Ex vitâ eius.

## XX.

**S**EADMUNDVS Rex ANGLIÆ, B. RICHEZÆ  
Confanguineus, cum S. ETILFRIDO Filio,  
& EADMUNDO Nepote ex filia SOPHIA Heusde  
Domina, gloriosis doloribus defūcta, profide Chri-  
stiana Sanguinem profudit: Sanguinis sui effusi,  
quām Regij Stemmatis purpurâ splendidior. Ex Vind.  
Rich.

## XXII.

**T**em ex eodem Sanguine descendens B. ADO-  
PHVS I. Rex LVSITANIAE, hac die ad Co-  
ronam æternam avolavit A. C. 1185. nonage-  
nario maior, ætate & meritis gravis. Ex Fastis  
Gelen.

## XXV

**C**Revenradium, alijs Comitis Novale dictum, in  
Præfecturâ Solingensi nobilium Canonissarum  
Regularium Cœnobium, depositionem agit CATHA-  
RINÆ Comitissæ de Hückesvagen, quæ abiectis pre-  
tiosis vestibus, pane & aquâ frequenter vicitans  
asperâ